

**NOTIZIARIO
DELLA
CONFERENZA
EPISCOPALE
ITALIANA**



**NUMERO SPECIALE RISERVATO
(FUORI SERIE)**

**INSTRUCTIO DE MINISTRIS EXTRAOR-
DINARIIS S. COMMUNIONIS EUCHARI-
STICAE ADMINISTRANDAE**

pag. II

**ISTRUZIONE SULLE SS. MESSE PER
GRUPPI PARTICOLARI**

" VIII

**INSTRUCTIO DE MODO SANCTAM COM-
MUNIONEM MINISTRANDI**

" XIII

ROMA, 15 GIUGNO 1969

NOTIZIARIO DELLA CONFERENZA EPISCOPALE ITALIANA

a cura della Segreteria Generale

NUMERO SPECIALE RISERVATO (FUORI SERIE)

15 GIUGNO 1969

E' stato ritenuto opportuno, a motivo della delicatezza e riservatezza dei documenti qui riportati, preparare un numero speciale del "Notiziario".

Poiche' si tratta di una pubblicazione fuori serie le pagine sono indicate con numeri romani e a questi si fara' riferimento nella compilazione dell'indice analitico che sara' redatto alla fine dell'annata..

Si raccomanda vivamente di considerare questa edizione del "Notiziario" come strettamente riservata e personale..

**INSTRUCTIO DE MINISTRIS EXTRAORDINARIIS
S. COMMUNIONIS EUCHARISTICAE ADMINISTRANDAE**

NUNZIATURA APOSTOLICA IN ITALIA - PROT. N. 1255 - ROMA, 20.V.1969
Lettera al Segretario Generale della C.E.I., a firma di Mons. Carlo Curis,
Incaricato d'Affari a. i.

La Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti ha inviato a questa Nunziatura Apostolica il testo riveduto ed aggiornato della Istruzione "Fidei Custos", riguardante l'amministrazione della Santa Comunione da parte dei Ministri straordinari.

Sua Santita' ha approvato il testo definitivo delle nuove norme ed ha disposto che i riti relativi alla istituzione del ministro e alla distribuzione della Santa Comunione, preparati dal "Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia", facciano parte integrante della Istruzione.

Mi do premura di trasmettere all'Eccellenza Vostra Reverendissima copia del nuovo testo della predetta Istruzione e i riti annessi, facendo presente che il Santo Padre ha stabilito che, almeno per ora, le nuove disposizioni non debbano essere pubblicate.

SACRA CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

**Instructio de Ministris extraordinariis
S. Communionis Eucharisticae administrandae**

Fidei custos, Ecclesia, cuius depositum per hominum aetates servat inviolatum, leges omnino canonicas, saeculorum decursu a se latas, quas diligenter tuetur, quandoque ob peculiare condiciones novasque subortas necessitates prudenter simul et magnanimiter immutat. Cum enim salus animarum sit finis Ecclesiae, canonicae praescriptiones ad hunc finem aptari debent, ut prout res et tempora poscunt, reapse efficaces sint et ad universam Ecclesiae navitatem recte temperandam pertineant.

Hac vero aetate, qua humanae vitae condiciones quam citissime demutantur, Ecclesia praeter alia nequit non animadvertere angustias et difficultates in quibus, ob sacrorum ministrorum exiguum nonnullis in regionibus numerum, ipsa versatur cum animarum curae necessitates augeant et pastoralis ministerii multiplices labores et industriae expostulentur.

Quam ob rem visum est Beatissimo Patri Paulo VI pro Sua pastorali sollicitudine fidelium votis accedere caute derogando vigenti iuri, ita ut, praeter ministros de quibus in can. 845, huius aetatis necessitate comperita, extraordinarii constituantur ministri, qui sibi et fidelibus Sacram Communionem administrare possint.

Quod ut recte fiat haec, auctoritate Summi Pontificis, decernuntur normae circa administrationem SS.mae Communionis iuxta ritum latinum:

1.- Episcopi residentiales, Coadiutores omnibus iuribus et officiis Episcopalibus praediti, Abbates de regimine, Praelati Ordinarii locorum, Vicarii Capitulares, Administratores Apostolici, Vicarii ac Praefecti Apostolici, etsi caractere episcopali carentes, quique in hoc Decreto Pastores vocantur, adire possunt Sacras Congregationes de Disciplina Sacramentorum ac pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, pro suae potestati subiectis, ad assequendam facultatem, qua personae cuidam idoneae permittere valeant administrationem Sanctae Communionis sibi et fidelibus:

- a) quoties minister de quo in can. 845 C.J.C. deest;
- b) quoties idem minister SS.iam Communionem administrare nequeant sine in commodo ratione adversae valetudinis, propectae aetatis ac pastoralis ministerii;
- c) quoties numerus fidelium ad SS.iam Communionem accedentium ita notabilis sit ut Missae celebratio nimis protrahatur.

2.- Praedicti Pastores hanc facultatem acceptam delegare possunt Episcopis Auxiliaribus, Vicariis Generalibus, Vicariis Episcopalibus et Delegatis.

3.- Persona idonea, de qua in n. 1, designabitur iuxta hunc ordinem: subdiaconus, clericus in ordinibus minoribus constitutus, tonsuratus, religiosa, catechista (nisi, prudenti Pastoris iudicio, catechista religiosae praeferendus sit) aut simplex fidalis: vir et mulier.

4.- Re pressius determinata:

A. In oratoriis Communitatum religiosorum utriusque sexus, Pastores de quibus supra, facultatem assequi possunt permittendi ut, omni cautione adhibita, Superior ordine sacro carens vel Antistitia, aut eorum substituti, Panem Eucharisticum distribuunt sibi ac suis sodalibus, fidelibus forte adstantibus Eumque aegrotis in domo degentibus deferant.

B. In Orphanotropheis, Domibus hospitalibus, Collegiis et Institutis, ampliore verbi significatione acceptis, quae moderantur religiosi vel Religiosae, iidem pariter Pastores, de quibus in n. 1, facultate instrui possunt qua Superior seu Rector ordine sacro carens vel Antistita aut eorum

substituti, aut etiam Christifidelis spectatae pietatis Sanctam Communionem distribuant sibi, alumnis propriae domus vel etiam ceteris fidelibus, quovis titulo adstantibus, eamque aegrotis deferant.

5.- Christifidelis minister extraordinarius SS. mae Communionis deligendus, vita christiana, fide moribusque excelleat et maturiore aetate commendetur oportet, necnon rite instructus ad tam nobile munus explendum. Mulier spectatae pietatis, in casibus necessitatis seligatur, quoties scilicet alia persona idonea inveniri nequeat.

6.- Persona idonea ad SS. mam Communionem administrandam ab Episcopo nominatim selecta, mandatum ab eodem accipiat iuxta Ritum apparatus ad deputandum ministrum et distributionem SS. mae Communionis peragere debet iuxta liturgicas normas.

7.- In administratione S. Synaxis quodlibet praecaveatur irreverentiae periculum adversum SS. Sacramentum, cui maximus est honor exhibendus.

8.- Memorata facultas Pastoribus, de quibus supra in n. 1, iusta de causa potentibus a Sacris Congregationibus de Disciplina Sacramentorum et pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad triennium conceditur.

9.- Praedicti Pastores, elapso triennio, ne omittant ad praefatas Congregationes referre de modo quo res processerint et utrum ad bonum animarum reapse contulerint.

Ex Aedibus Vaticanis, die 30 aprilis 1959.

Ritus ad deputandum Ministrum

qui ex Indulto (1) Apostolico Sacram Communionem distribuere valeat

1.- Deputatio fieri potest sive intra sive extra Missarum sollemnia praesente populo, ab Ordinario loci, aut a Parocho vel sacerdote ab eo delegato.

I. QUANDO RITUS INTRA MISSAM PERAGITUR

2.- Post homiliam, in qua docet fideles de ratione pastoralis huius officii in congregatione fidelium, sacerdos praesentat populo electum ad ministerium sacrae Communionis his vel similibus verbis:

Ex indulto Sedis Apostolicae, fratri nostro (sorori nostrae) N. grave committitur officium, ut, sacram Communionem sibi et aliis distribuere valeat, atque sacrum Viaticum moribundis deferre.

Tu autem, frater (soror), qui ad tantum officium deputaris, studeas prae omnibus vita christiana, fide moribusque excellere, atque ex hoc mysterio impensius vivere, per quod unitas Ecclesiae apte significatur et mirabiliter efficiatur. (2)

Cum autem scias nos Corpus Christi manducando et eius Sanguinem bibendo mortem Domini annuntiare donec ipse veniat (3), opera tua in spirituales oblationes converte, *acceptabiles Deo per Iesum Christum.* (4)

Insuper quoniam unum corpus multi sumus, qui de uno pane participamus, Eucharistiam fratribus distribuens, fraternam caritatem impensius exerceas, iuxta Domini praeceptum, qui cum Corpus suum discipulis tradidit manducandum, dixit eis: *Haec mando vobis, ut diligatis invicem* (5); et ante ipsos genuflexus pedes abluit singulorum.

3.- Post allocutionem, Electus stat coram celebrante, qui eum interrogat, his verbis:

1) Vis officium quod tibi concreditur praebendi fratribus tuis Corpus Dominicum, in servitium et aedificationem Ecclesiae suscipere?

R. Volo.

2) Vis de eodem Pane vitae impensius vivere et ad sacrificium Christi vitam tuam conformare?

R. Volo.

3) Vis in (asservanda et) ministranda Eucharistia omnem curam et reverentiam adhibere?

R. Volo.

Tunc celebrans surgit et super ministrum se genuflexum hanc profert benedictionem:

-
- (1) Indultum petendum est ad normam Instructionis *Fidei Custos* a Sacra Congregatione de Sacramentis, vel a S.C. pro Gentium Evangelizatione "pro suae potestati subiectis".
 - (2) Const. *Lumen gentium*, n. 11; A.A.S. 57, 1965, p. 15.
 - (3) cfr. I Cor. 11, 26.
 - (4) 1 Petr. 2, 5.
 - (5) Io. 15, 17.

Deus omnipotens, fons omnis gratiae et omnis benedictionis, te benedicere dignetur ad officium Corporis Christi ministrandi, ut qui Panem vitae fratribus tuis fideliter distribues, huius Sacramenti robore confortatus, caelesti convivio partem habere merearis.

Per Christum Dominum nostrum.

Omnes respondent:

Amen.

4.- In oratione fidelium habeatur invocatio pro ministro nuper electo.

In processione ad offertorium, minister deputatus defert vasculum eucharisticum cum particulis, et in Communione, accipit Eucharistiam sub utraque specie.

II. QUANDO RITUS EXTRA MISSAM PERAGITUR

5.- Si ritus extra Missam peragitur, populo congregatio, canitur aliquis cantus congruus. Deinde qui celebrationi praeest brevem allocutionem, uti supra (n. 2) dictum est, habet, in qua populum docet de ratione pastoralis huius officii in communitate, et praesentat electum ad ministerium sacrae Communionis his vel similibus verbis:

"Frater noster... ut supra n. 3."

Sequitur invitatio ad orandum, oratio in silentio totius coetus liturgici et deprecatio illius qui Coetui praeest, ut habetur n. 4.

3.- Dein fit oratio fidelium, in qua habetur invocatio pro ministro nuper electo, datur benedictio, formula consueta, et celebratio concluditur congruo cantu, dum omnes in pace discedunt.

Ritus administrandi S. Communionem a Ministro ex Indulto (1) Sedis Apostolicae facultatem Habente

I. PRAENOTANDA

1.- Ad altare accendantur saltem duo cerei. Super mensam ponatur cor-

(1) Indultum petendum est ad normam Instructionis *Fidei Custos* a Sacra Congregatione de Sacramentis, vel a S.C. pro Gentium Evangelizatione "pro suae potestati subiectis".

porale; prope tabernaculum vero vasculum cum aqua, et purificatorium, ad purificandos digitos post sacrae Communionis distributionem.

2.- Minister, qui debet sacram Communionem distribuere, manus lavet, et vestem huic sacro ministerio convenientem induat.

II. RITUS LONGIOR

3.- Antequam sacra Communio distribuatur, praesertim diebus dominicis et festis de praecepto, fit sacra Verbi Dei celebratio (2); eadem fere ratione ordinata ac liturgia verbi in Missa: leguntur Epistula et Evangelium e Missa diei, cantibus, praesertim e psalmis, praemissis et interiectis (3).

Is qui praest homiliam ab Episcopo vel a paroco significatam legere poterit. Deinde fit oratio universalis seu oratio fidelium.

Oratione universali absoluta, recitant omnes orationem dominicam, et *Confiteor* (omissis verbis *Tibi, Pater, et Te, Pater*) vel actum contritionis, qui in singulis regionibus adhibetur.

Deinde minister dicit *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, et omnes subdunt semel: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.*

Minister, antequam aliis sacram Communionem distribuatur, poterit ipse eam sumere, secreto dicens: *Corpus Christi custodiat me in vitam aeternam. Amen.*

Deinde sacram Communionem aliis distribuit, dicens singulis: *Corpus Christi;* cui ipsi respondent: *Amen.*

Ritus absolvitur aliquo cantu vel aliqua oratione in gratiarum actionem.

III. RITUS BREVIOR

4.- Antequam sacra Communio distribuatur, loco celebrationis Verbi Dei, legi poterit, si rerum adiuncta id suadeant, *Io. 3, 53-58* vel alia lectio brevis e Sacra Scriptura.

(2) Const. De Sacra Liturgia, art. 35,4; A.A.S. 56, 1964; P.109. Instructio *Inter Oecumenici*, nn.37-39; A.A.S. 56,1964; pp.884-885.

(3) Instructio *Inter Oecumenici*, n.37; A.A.S. 56,1964; pp.884-885.

Deinde recitatur oratio dominica et fiunt cetera, quae supra (n. 3) indicantur.

5.- Si autem rerum adiuncta id requirant, ritus poterit directe initium capere ab oratione dominica. Cetera fiant, sicut supra (n. 3) indicantur.

ISTRUZIONE SULLE SS. MESSE PER GRUPPI PARTICOLARI

NUNZIATURA APOSTOLICA IN ITALIA - PROT. N. 1293 - ROMA, 31.V.1969
Lettera al Segretario Generale della C.E.I. a firma di Mons. Carlo Curis,
Incaricato d'Affari a.i.

Mi do premura di trasmettere all' Eccellenza Vostra Reverendissima il testo di una Istruzione della Sacra Congregazione per il Culto Divino, Istruzione che regola la celebrazione della Messa nei Gruppi particolari.

L'Istruzione e' redatta in lingua nazionale; non vi e' testo ufficiale latino, trattandosi di documento che ha carattere provvisorio.

Secondo le direttive ricevute, ho inviato copia di detta Istruzione al Presidente della Commissione Liturgica S.E. Mons. Antonio Mistrorigo, Vescovo di Treviso.

SACRA CONGREGATIO PRO CULTO DIVINO - PROT. N. 77/69

Istruzione sulle SS. Messe per gruppi particolari

Rientra tra i fini principali dell'azione pastorale della Chiesa quello di educare i fedeli all'inserimento nella comunita' ecclesiale, si' che ognuno si senta operosamente unito con i fratelli nella comunione della Chiesa stessa, sia universale che locale, soprattutto mediante le celebrazioni liturgiche, L'assemblea liturgica, presieduta da chi e' rivestito della potesta' di riunire, dirigere, istruire e santificare il popolo di Dio, e' segno e strumento dell'unione di tutti gli uomini, e segnatamente della Chiesa con Cristo (Cfr. Cost. *Lumen gentium*, n. 1; Cost. *Sacrosanctum Concilium*, n. 83).

Cio^o si realizza principalmente nella celebrazione comunitaria della Eucarestia, soprattutto la domenica e gli altri giorni festivi, sia attorno al Vescovo, sia nell'assemblea parrocchiale, il cui pastore fa le veci del Vescovo (Cfr. Cost. *Lumen gentium*, n.23, 28, etc.; Cost. *Sacrosanctum Concilium*, n.41-42; Istr. *Eucharisticum mysterium* del 25 maggio 1967, n.23-27).

La cura pastorale si dirige anche a gruppi particolari, non già allo scopo di alimentare la tendenza alla separazione, alla "chiesuola", al privilegio, ma di andare incontro a speciali bisogni o di approfondire e intensificare la vita cristiana secondo le esigenze e la preparazione delle persone componenti i gruppi medesimi, avvalendosi a tale fine dei vantaggi provenienti dalla identità di un peculiare impegno spirituale o apostolico e dal desiderio della mutua edificazione.

L'esperienza dimostra l'efficacia dell'azione pastorale in questi gruppi. Se sono bene guidati e illuminati, non devono nuocere all'unità della parrocchia, ma devono giovare alla sua azione missionaria, a ravvicinare alcuni fedeli, ad approfondire la formazione di altri.

La loro vitalità deriva dal fatto che lo studio in comune della verità cristiana e lo sforzo, parimente comunitario, di conformare ad essa la propria esistenza e la propria condotta, confluiscono nelle riunioni di preghiera, attuate in modi e forme più consone al gruppo, e soprattutto nella lettura e meditazione della Parola di Dio, e spesso nella celebrazione dell'Eucarestia, che conferisce pienezza e coronamento alle riunioni stesse.

Il desiderio di avere la celebrazione dell'Eucarestia in questi gruppi è oggi particolarmente sentito. Perciò è sembrato opportuno dare alcune norme che regolino tale celebrazione, affinché si svolga sempre con ordine, proprietà e serietà; con vantaggio spirituale dei partecipanti, e nel rispetto del suo essenziale carattere di culto sacro e religioso.

1.- Spetterà al Vescovo esaminare accuratamente tutte le circostanze per giudicare, caso per caso, se sia pastoralmente opportuna la celebrazione eucaristica, o se sia invece preferibile consigliare un'altra celebrazione religiosa.

2.- I gruppi particolari ai quali può essere concessa la celebrazione dell'Eucarestia sono i seguenti:

- a) Gruppi riuniti per gli esercizi spirituali, per studi religiosi o pastorali, di uno o più giorni, o per convegni, di apostolato dei laici o di associazioni simili;
- b) Riunioni per motivi pastorali di alcuni settori della parrocchia;
- c) Gruppi di fedeli che abitano lontano dalla chiesa parrocchiale e che periodicamente si radunano per coltivare la loro formazione religiosa.
- d) Gruppi di persone di una stessa condizione, che periodicamente si riuniscono per l'istruzione o la formazione religiosa loro appropriata.

- e) Gruppi familiari riuniti attorno a persone malate o anziane, che non possono uscire di casa e che altrimenti non parteciperebbero mai alla celebrazione eucaristica. Ad essi si associano anche i vicini e coloro che hanno cura della persona anziana o inferma.
- f) Gruppi familiari riuniti per la veglia di un defunto o per qualche occasione religiosa eccezionale.

3.- L'Eucarestia per i gruppi particolari si celebri abitualmente in luogo sacro.

4.- Fermo restando il disposto del can. 822, paragrafo 4, del Codice di Diritto Canonico, e del n. 7 della prima parte del Motu Proprio *Pastorale Munus* del 30 novembre 1963, la facoltà di celebrare l'Eucarestia per i gruppi particolari fuori di un luogo sacro può essere data solo dall'Ordinario del luogo, il quale, specialmente se si tratta di celebrazione in case private o in istituti, darà questo permesso solo se il gruppo si riunisce là dove non c'è cappella o oratorio, e solo se vi è un luogo adatto e conveniente, esclusa sempre la celebrazione nelle camere da letto.

Ricercando luoghi più ampi e più nobili, non si preferiscono intenzionalmente alcune famiglie alle altre, facendo rivivere, sotto altra forma, i privilegi disapprovati dalla Cost. conciliare sulla sacra Liturgia (*Sacrosanctum Concilium*, n. 32).

5.- Si abbiano presenti i principi fondamentali, esposti nella Istruzione *Eucharisticum mysterium* (n. 3), soprattutto i seguenti:

- a) Il Sacrificio e il sacro Convito appartengono allo stesso mistero, al punto da essere legati l'uno all'altro da strettissimo vincolo teologico e sacramentale.
- b) Nessuna S. Messa sia considerata azione esclusiva di un gruppo particolare, ma celebrazione della Chiesa, nella quale il sacerdote, esercitando il suo ufficio, presiede, come ministro della Chiesa stessa, l'azione liturgica.
- c) Tutto deve essere ordinato in modo tale che, sia nella disposizione del luogo, sia negli atteggiamenti delle persone e nell'uso delle cose, venga tributato al Sacramento dell'Eucarestia il culto di latria che gli è dovuto.

6.- Per ottenere una celebrazione realmente rispondente alle circostanze e all'ambiente, le sue singole parti siano convenientemente organizzate, tenendo presenti le norme generali e i principi seguenti:

- a) Si favorisca al massimo la partecipazione dei fedeli, a seconda delle particolari circostanze nelle quali avviene la celebrazione e delle possibilità di ottenerla.
- b) La celebrazione potrà essere preceduta da un tempo di meditazione sulla Sacra Scrittura o da istruzione su cose spirituali, adattate alle caratteristiche del gruppo.
- c) Oltre a una monizione iniziale, il celebrante può brevemente introdurre

re la liturgia della parola prima delle letture e la liturgia eucaristica prima del prefazio, e intervenire ancora prima del congedo. Qualsiasi intervento è escluso durante la liturgia eucaristica.

- d) Fermo restando quanto indicato alle seguenti lettere f), h), e salva la parte eventualmente svolta dalla "guida" o Commentatore, i fedeli si asterranno da interventi a modo di riflessione, esortazione o simili.
- e) Nella liturgia della parola si possono scegliere le letture più adatte alla particolare celebrazione, sempre prese, però, dal lezionario approvato.
- f) Le letture che precedono il vangelo potranno essere lette da qualcuno dei partecipanti (uomo o donna); il vangelo, invece, deve essere proclamato dal sacerdote, o eventualmente, da un diacono.
- g) Nell'omelia il sacerdote ricordi il carattere particolare della celebrazione e i suoi legami con la Chiesa locale e universale.
- h) La preghiera universale ("oratio fidelium") si può adattare alla circostanza, conservandole sempre il suo dovuto carattere religioso. Non si omettano del tutto le intenzioni generali per la Chiesa, il mondo, i fratelli indigenti e l'assemblea riunita. Qualche intenzione particolare, debitamente preparata, può essere proposta dai partecipanti.

7.- La partecipazione più completa e perfetta alla celebrazione eucaristica si ha con la Santa Comunione.

Per quanto riguarda la Comunione sotto le due specie, ci si atterra strettamente alle disposizioni della Istruzione *Eucharisticum mysterium* (n. 32). Essa è esclusa quando la Santa Messa viene celebrata nelle case.

Anche quando l'Eucarestia si celebra in luogo sacro, i comunicandi non prenderanno da se stessi le sacre specie, né riceveranno la sacra Ostia sulla mano.

8.- Per favorire la partecipazione dei presenti, potrà risultare utile, in alcune circostanze, usare anche del canto, come elemento che fonde maggiormente gli animi. Si osservino, anche in questo settore, le norme riguardanti il canto e la musica nelle sacre celebrazioni, evitando quanto è contrario alla santità del rito e alla pietà dei partecipanti.

9.- Gli adattamenti sopra indicati, ammessi esclusivamente per questi casi, non si introducano nelle celebrazioni fatte in Chiesa per tutta la comunità dei fedeli.

10.- Affinché si possa celebrare l'Eucarestia per gruppi particolari fuori del luogo sacro, specialmente nelle case private, si richiedono queste condizioni previe:

- a) La facoltà di cui al n. 4 non si dia per le domeniche e i giorni festivi di precetto.
- b) Sempre ferma restando la necessità di ottenere il permesso dell'Ordinario del luogo, se il sacerdote celebrante non è il parroco dovrà prima avvertire il parroco competente. Questi, poi, darà relazione al Vescovo sulle celebrazioni avvenute.

- c) Si osservino le norme sul digiuno eucaristico. In nessun caso la S. Messa potrà essere preceduta da un'agape. Se un'agape dovesse seguire, essa non si terra' sulla stessa mensa sulla quale si e' celebrata la S. Eucarestia.
- d) Il pane per l'Eucarestia resta il pane azimo, unico ammesso, e non senza gravi motivi, nella Chiesa latina. Esso sara' confezionato nella stessa forma che si usa normalmente per le altre SS. Messe.
- e) Le celebrazioni non avvengano a notte inoltrata.
- f) Nei gruppi familiari non si escluda chi, per giusti motivi, chiede di parteciparvi.

11.- Per garantire la riuscita di queste celebrazioni e per ottenere una maggiore efficacia spirituale, esse siano ben preparate e sempre svolte con dignita' e sacralita'. Se ne curi attentamente la forma, si scelgano gli elementi piu' adatti, nel rispetto delle norme liturgiche. Percio':

- a) I testi della S. Messa siano presi esclusivamente dal Messale o dai supplementi approvati. Ogni cambiamento, salvo quanto e' detto al n. 3, lettera h), e' arbitrario, e percio' riprovato.
- b) La suppellettile dell'altare (croce, tovaglia, candele, messale, manutergio, purificatoio, corporale, comunichino), i vasi sacri (calice, patena, pisside), i paramenti (amitto, camice, cingolo, stola, pianeta) dovranno essere, nel numero, nella forma e nella qualita', quelli voluti dalla legislazione vigente.
- c) I gesti rituali e le cerimonie del celebrante, nonche' l'atteggiamento dei partecipanti, devono essere quelli prescritti per la celebrazione eucaristica abituale.

Si esortano vivamente i pastori d'anime a voler considerare e approfondire il valore spirituale e formativo di queste celebrazioni. Esse sono valide solo se conducono i partecipanti a una maggiore consapevolezza del mistero cristiano, all'incremento del culto divino, all'inserimento nella compagine della comunita' ecclesiale, e all'esercizio fecondo dell'apostolato e della carita' verso i fratelli.

Benche' ai nostri giorni non manchino quelli che ritengono di essere "aggiornati" solo se possono esibire "novita'", talvolta bizzarre, o escogitare forme arbitrarie di celebrazioni liturgiche, i sacerdoti, del clero sia secolare che regolare, pensosi del vero bene dei fedeli, sappiano che soltanto in una fedelta' generosa e irremovibile alla volonta' della Chiesa, espressa nelle sue direttive, norme e strutture, sta il segreto di un successo pastorale duraturo e santificante.

Cio' che allontana da questa linea, anche se apparentemente allettante, finisce per creare disorientamento nei fedeli, mentre mortifica e sterilisce il ministero sacerdotale.

Questa Istruzione, preparata, per Superiore mandato, dalla Sacra Congregazione per il culto divino, regolera' ogni tipo di celebrazione di SS. Messe per gruppi particolari finche' la Sede Apostolica non disporra' altrimenti.

Citta' del Vaticano, 15 maggio 1969
Festa dell'Ascensione del Signore.

A. BUGNINI, Segretario

BENNO CARD. GUT, Prefetto

INSTRUCTIO DE MODO SANCTAM COMMUNIONEM MINISTRANDI

NUNZIATURA APOSTOLICA IN ITALIA - PROT. N. 1304 - ROMA, 7.VI.1969

Lettera al Cardinale Presidente della C.E.I., a firma di Mons. Carlo Curis, Incaricato d'Affari a.i.

La Sacra Congregazione per il Culto Divino, per speciale mandato del Santo Padre, ha preparato una Istruzione "de modo sanctam Communionem ministrandi", in risposta alla consultazione fatta nei mesi scorsi presso lo Episcopato di tutto il mondo.

In ossequio alle istruzioni impartitemi mi do premura di far pervenire all'Eminenza Vostra Reverendissima copia di detto documento, grato se volesse portarlo a conoscenza di tutti i Vescovi d'Italia, alla cui responsabilità il Santo Padre si affida in una materia tanto grave.

SACRA CONGREGATIO PRO CULTO DIVINO - PROT. N. 149/69

Instructio de modo Sanctam Communionem ministrandi

Memoriale Domini celebrans, Ecclesia ipso ritu testatur fidem et adorationem Christi qui in sacrificio praesens est et iis, qui mensam Eucharisticam participant, ut cibus datur.

Hac de causa multum interest ipsius, ut Eucharistia modo quam dignissimo maximeque frugifero celebretur ac participetur, inviolate servando illam ad nos progressionem quadam pertingentem traditionem, cuius divitiae in usum et vitam Ecclesiae sunt transfusae. Historiae enim documentis probatur modum celebrandi et sumendi Sacram Eucharistiam multiformem fuisse. His etiam temporibus nostris in celebrationem eiusdem Eucharistiae mutationes nec paucae nec leves, quoad ritum, sunt inductae, quo magis congrueret hominum nunc viventium spiritualibus et psychologicis necessitatibus; atque in ipsam disciplinam, quae fidelium rationem divini Sacramenti participandi moderatur, iterum, ob quaedam rerum adiuncta, invecata est Communio sub utraque specie panis et vini, quae olim ritui quoque Latino communis paulatim in desuetudinem abiit. Qui quidem sic exortus status iam ubique invaluit tempore Concilii Tridentini, quod eum dogmatica doctrina comprobavit atque defendit ut condicionibus illius aetatis consentaneum. (1)

His vero ipsis modis renovatis signum Convivii Eucharistici et omnimoda adimpletio mandati Christi magis perspicua et vivida sunt effecta, simul tamen plenior participatio celebrationis Eucharisticae, per sacramentalem Communionem significata, hic et illic, per hos proximos annos desiderium

(1) Cfr. CONC. TRID., Sess. XXI, Doctrina de communione sub utraque specie et parvulorum: Denz. 1726-1727 (930); Sess. XXII, Decretum super petitionem concessionis calicis: Denz. 1760

excitavit ad illum redeundi usum, ex quo panis Eucharisticus in fidelis manu deponitur, qui eum ipse ori suo, communicando, ingerat.

Quin etiam, in quibusdam communitatibus et locis, eiusmodi ritus est peractus, quamquam approbatio Sedis Apostolicae antea impetrata non erat, atque interdum ita, ut fidelibus opportuna praeparatio deesset.

Est quidem verum ex vetere usu fidelibus quondam licuisse divinam hanc alimoniam in manum accipere atque per se ipsos ori inferre, atque etiam, aetate antiquissima, e loco, ubi sacra fiebant, Sanctissimum secum portare, propterea potissimum ut, si forte pro Fidei confessione iis esset dimicandum, eo tamquam viatico uterentur.

Verumtamen praescripta Ecclesiae Patrumque documenta copiose testantur maximam reverentiam summamque prudentiam erga sacram Eucharistiam adhibitam. Etenim "nemo... illam carnem manducat, nisi prius adoraverit" (2), atque in ea sumenda quisque admonetur: "... illud percipe; advigilans ne quid ex eo tibi depereat" (3): "Corpus enim est Christi" (4).

Praeterea cura et ministerium Corporis et Sanguinis Domini peculiari prorsus modo sacrorum administris vel hominibus ad hoc ipsum ascitis committebantur: "Postquam vero is, qui praest, preces absolvit, et populus omnis acclamavit, qui apud nos dicuntur diaconi panem et vinum et aquam, in quibus gratiae actae sunt, unicuique praesentium participanda distribuunt, et ad absentes perferunt" (5).

Quare mox sacram Eucharistiam absentibus deferendi munus solis sacris administris concreditum est, hanc ob causam, ut reverentiae Corpori Christi debitae, simul ac fidelium necessitati, cautius consuleretur. Insequenti tempore, postquam eucharistici mysterii veritas, eius virtus ac praesentia Christi in eo altius explorata sunt, urgente sensu sive reverentiae erga hoc Sanctissimum Sacramentum sive humilitatis qua illud sumatur oportet, consuetudo, inducta est, ut per se minister panis consecrati particulam in lingua Communionem suscipientium deponeret.

Hic sanctam Communionem distribuendi modus, hodierno Ecclesiae statu in universum considerato, servari debet, non solum quia in tradito plurimum saeculorum more innititur, sed praesertim quia Christifidelium reverentiam erga Eucharistiam significat. Huiusmodi autem usus nihil de dignitate personae detrahit iis, qui ad tantum Sacramentum accedunt, atque ad eam praeparationem pertinet, quae requiritur, ut Corpus Domini modo maxime frugifero percipiatur (3).

Haec reverentia non "panis et potus communis" (7), sed Corporis et Sanguinis Domini communionem significat, vi cuius populus Dei bona sacrificii paschalis participat, renovat novum foedus semel in sanguine Christi a Deo cum hominibus factum, ac in fide et spe convivium eschatologicum in regno Patris praefigurat et praevenit" (8).

Praeterea hac agendi ratione, quae translaticia iam censenda est, efficacius cavetur, ut sacra Communio qua par est reverentia, decore atque

(2) AUGUSTINI, *Enarrationes in Psalmos*, 98,9: PL 37, 1264.

(3) Cfr. CYRILLI HIEROS., *Catecheses Mystagogicae*, V,21: PG 33, 1126.

(4) HIPPOLYTY, *Traditio Apostolica*, n. 37: ed. B. Botte, 1963, p. 84.

(5) IUSTINI, *Apologia I*, 65: PG 6, 427.

(6) Cfr. AUGUSTINI, *Enarrationes in Psalmos*, 98,9: PL 37, 1264-1265.

(7) Cfr. IUSTINI, *Apologia I*, 66: PG 6, 427; Cfr. IRENAEI, *Adversus Haereses*, 1,4; c. 18, n.5: PG 7, 1028-1029.

(8) Sacra Congregatio Rituum, *Instructio Eucharisticum Mysterium*, n.3a, AAS 59 (1967), p. 541.

dignitate distribuatur, ut quodvis periculum arceatur species eucharisticas profanandi, in quibus "modo singulari, adest totus et integer Christus, Deus et homo, substantialiter et continenter" (9), ut denique diligenter cura servetur, quam de ipsis panis consecrati fragmentis Ecclesia semper commendavit: "Quod enim interciderere patieris, id tibi tamquam ex propriis membris deminutum puta" (10).

Quapropter, cum paucae quaedam Conferentiae Episcopales atque nonnulli singulares Episcopi postulassent, ut in suis territoriis usus admitteretur consecratum panem in christifidelium manibus ponendi, Summus Pontifex statuit ut singuli universi Ecclesiae Latinae Episcopi rogarentur quid censerent de opportunitate huiusmodi ritum introducendi. Mutatio enim in re tanti momenti, quae antiquissima et veneranda traditione innititur, praeterquam quod disciplinam pertingit, pericula etiam secumferre potest, quae timeantur forte oritura ex novo modo sacram Communionem ministrandi, ne scilicet perveniatur sive ad minorem erga Augustum altaris Sacramentum reverentiam, sive ad eiusdem Sacramenti profanationem, sive ad rectae doctrinae adulterationem.

Quam ob rem Episcopis tres quaestiones propositae sunt, quibus usque ad diem 12 superioris mensis Martii hoc, qui sequitur, modo responsum est:

1. Videaturne exaudiendum votum, ut praeter modum traditum, etiam ritus recipiendi sacram Communionem in manu permittatur?

Placet: 537

Non placet: 1.233

Pl. iuxta modum: 315

Suffragia invalida: 20

2. Placetne ut experimenta huius novi ritus in parvis communitatibus prius fiant, assentiente Ordinario loci?

Placet: 751

Non placet: 1.215

Suffragia invalida: 70

3. Putasne fideles, post praeparationem catechetica bene ordinatam, hunc novum ritum libenter esse accepturos?

Placet: 835

Non placet: 1.185

Suffragia invalida: 128

Ex redditis igitur responsis patet Episcopos longe plurimos censere hodiernam disciplinam haudquaquam esse immutandam; quae immo si immutetur, id

(9) Cfr. ibidem, n.9, p. 547.

(10) CYRILLI HIEROS., *Catecheses Mystagogicae*, V, 21: PG 33, 1126.

tum sensui tum spirituali cultui eorundem Episcoporum plurimorumque fidelium offensionem fore.

Itaque, attentis animadversionibus consiliisque eorum, quos "Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere" (11), pro rei gravitate et aliorum argumentorum momento, Summo Pontifici non est visum modum iamdiu receptum sacrae Communionis fidelibus ministrandae immutare.

Quapropter Apostolica Sedes Episcopos et sacerdotes et fideles vehementer hortatur, ut validae iterumque confirmatae legi studiose obsequantur, sive ad iudicium a maiore catholici Episcopatus parte latum, sive ad formam qua hodiernus sacrae Liturgiae ritus utitur, sive denique ad commune ipsius Ecclesiae bonum respicientes.

Sicubi vero contrarius usus, sanctam nempe Communionem in manibus ponendi, iam invaluerit, eadem Apostolica Sedes, ut Episcopales adiuvet Conferentias ad pastorale officium implendum, pro hodierno rerum statu saepe difficilius, iisdem Conferentiis committit onus ac munus peculiariter adiuncta, si quae sunt, expendendi, dummodo tamen et quodvis praecaveatur periculum, ne reverentiae defectus vel falsae de SS.ma Eucharistia opiniones irrepant in animos, et alia etiam incommoda sedulo tollantur.

Porro hisce in casibus, ad eiusmodi usum recte ordinandum, Episcopales Conferentiae opportunas, prudenti praemisso examine, deliberationes capient, quae secretis suffragiis duabusque e tribus partibus suffragiorum faventibus ferendae sunt; quas quidem deliberationes deinde Sanctae Sedi, necessariae confirmationis causa (12), proponent, adiecta accurata expositione causarum, quibus ad eas capiendas impulsus sunt. Sancta Sedes singulos casus accurate perpendet, illius haud oblita coniunctionis, quae variis locorum Ecclesiis inter se vel earum unicuique cum Ecclesia universa intercedit, ad provehendum commune bonum communemque aedificationem, atque ad fidei pietatisque incrementum, quod mutuo ab exemplo profluit.

Haec Instructio, quae de speciali mandato Summi Pontificis Pauli VI composita est, Apostolicae vi auctoritatis die XXVIII mensis Maii, anno MCMLXIX, ab Eo est rite approbata, Qui etiam statuit, ut in sacrorum Antistitum notitiam per Praesides Conferentiarum Episcopaliū perferretur.

Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Romae, die XXIX mensis Maii, anno MCMLXIX

A, BUGNINI, a Secretis

BENNO CARD. GUT, praefectus

(11) Cfr. ACT. 20, 28.

(12) Cfr. CONC. OECUM. VAT. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 38, 4, AAS 58 (1966) p. 693.

